

De ebrietate

Se dicunt viros qui inhonesti in ebrietatis
cloaca iacent. et illos dicunt non esse viros: qui
honesti et sobrii sunt. Nemo dicat fratres cha-
rissimi quod in istis temporibus martires non sint. Quo-
tidie martires sunt. Martir enim testis inter-
pretatur. Quicumque ergo pro veritate testimonium de-
derit: et omnes causas cum iusticia iudicauerit
quodquod testimonio veritatis vel iusticie pro-
tulerit: totum et dominus pro martirio computabit
Et si ille qui ebrietati resistit: si cum dei adiu-
torio perseuerare voluerit. et pro ipsa re aliquis
perulerit: tribulatio: omnia ei dominus ad marti-
rii glorie computabit. Velim nunc scire fratres
charissimi: quicumque dominus plures suos habet
si vel unum ex illis velit fieri ebriosum: et deus
habeat ebriosum: Iohannes enim fratres tanta infelici-
tate se inebriat homines. quod putat ebrietate
aut paruum aut nullum esse peccatum. Sed pro ista
ignorantia maxime sacerdotes in die iudi-
cij reddituri sunt rationem. si commissis sibi populi
quod vel contra mala de ebrietate nascuntur assidue
noluerint predicare. Qui autem credit paruum
esse peccatum. si se non emendauerit: et pro ipsa ebie-
tate penitentiam non egerit cum adulteri et homici-
dis eterna illi pena sine remedio crucia-
bit. secundum illud quod ipse beatus apostolus
predicasse. Neque inquit fornicarij. neque idolis
seruientes. neque molles. neque masculorum con-
cubitores. neque auari. neque adulteri. neque
ebriosi regnum dei possidebunt. Videre ebie-
rosos cum predictis vicinis iungi. Et ideo diffiniam
et deliberet unusquisque apud se ebrietate
grane esse peccatum. et tunc aut nunquam. aut dif-
ficile esse ebrietatem poterit superare. cum ei non
solum in futuro seculo propter ebrietatem torquen-
di sint homines. sed in presenti pro ipsa ebrietate mul-
tis frequenter infirmitatibus fatigantur. et hoc quod
de non solum laicis: sed etiam clericis: quod peius est.
Multi sunt et maioris ordinis clerici: qui cum
alijs sobrietatem bonam deberent iugiter predi-
care: non solum non faciunt: sed etiam se et alios
inebriare non erubescunt nec metuent. Sed
agnoscant et doleant quicumque tales sunt. Et qui
nolunt se emendare et pro se et pro alijs necesse est
eterna supplicia sustinere. Illud pro quod est
quod iam tractato iuuino et completa sit: cum am-
plius bibere non possit nec debeant: tunc quod nouel-
li et qui ipsa hora supueant: diuersis nominibus
incipiunt bibere: non solum viuorum hominum. sed et

angelorum et reliquorum antiquorum sanctorum: estimantes
quod maximum illis honorem impediunt. si se
in illorum nominibus nimia ebrietate sepeliunt. igitur
noctantes quod nullum tam grauem iniuriam sanctis an-
gelis et sanctis hominibus agnoscit irrogare quam illi
qui in eorum nominibus bibendo pro ebrietate suas animas
prostant occidere. Sunt et alij qui sola hac de
causa aliquam falsam cibariam sibi ordinant fieri.
ut pro ipsa salitudine nimia se possint ebie-
tate obnuere. Hoc enim quod dicitur si pagani igitur
noctanter faciunt. nec mirandum est nec nimis
doleendum: quod et in deo sperare non habent. et antiquam
parentum suorum consuetudinem suam. Christiani pro
quod deus de tenebris eduxit ad lucem: de morte
te vocauit ad vitam: quibus omnes scripture cla-
mante ebrietate fugere. sobrietatem diligere.
quod turpissimas illorum ebrietates imitantur
de quibus peridia liberari pro dei gratiam meruerunt.
Et ideo rogo: et pro tremenda die iudicij vos
adiuro: ut quantum potestis: ebrietatem malum au-
giliare domino fugiatis: et iam vobis incipiat verer-
cundum esse: quod hucusque gentibus et paganis in
ebrietate turpitudine vos voluistis siles et
bibere. Et ideo quod deo pro peccato illis dissilens
est: in fides: siles esse in ebrietate non debetis
Que etiam si reliqua peccata christiani non admittant:
sola ea si frequenter fuerit ebrietatem: et emenda-
tio ac penitentia non subueniant: in inferno precipi-
tat. secundum illud quod iam dictum est. neque ebriosi re-
gnum dei possidebunt. Sed dicit alij. Ego
regnum dei nolo: eterna tamen requie deside-
ro. Nemo se decipiat fratres. Duo enim loca
sunt. et tertius non est visus. Qui cum christo re-
gnare non meruit: cum dyabolo absque vlla du-
bitatione peribit. Ego fratres charissi-
mi: dum hec humiliter et cum grandi chari-
tate pro sollicitudine paterna commoneo:
apud deum absoluo conscientiam meam. Qui ve-
ro me libenter audire: et fideliter quod ei pre-
dictum est implere voluerit: habebit premi-
um eternum. qui autem contempserit: timeat
ne eternum necesse sit sine villo sine susti-
nere supplicium.

Explicit sermo sancti Augustini de
ebrietate.

Incipit tractatus sancti Augustini de
vanitate mundi seculi.